COMMENTÁRIUS NUBECULÁTUS LATÍNE SCRIPTUS ➡ AN. XXX FASC.1 ➡ www.elimagazines.com A2-B1

# Iúvenis®



© Getty images

Jessica Alba

Família Clacson

Cinematéum
## Hayden Christensen

6 **Investigátio** Miráculum Google vocátum!

8 **Macrocóllum** Colisáeus

12 **Loca celébria** Capitólium

AN. XXX FASC.1 • Mensis Septémbris-Octóbris 2008 • Imprimé à Taxe Réduite

La Smala

# Tribus




© dargaud

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Salvéte!



**Salvéte amíci! Estísne paráti ad hunc novum annum? Multa una faciémus, erunt res novae et nuntii iucúndi. Felícem annum scholárem vobis exópto, et bonam lectiónem!**

*Gaius*

www.elimagazines.com info@elimagazines.com

# Summárium


**Cinematéum** - Acrifólia ad amphitheátrum Flavium 4

**Família Clacson** Captívus telae 5

**Investigátio** Miráculum Google vocátum! 6

**Macrocóllum** Colisáeus 8

**Commércium epistuláre** Inítium anni scholáris 10

**Claríssimi** Jessica Alba 11

**Loca celébria** Capitólium 12

**Quo ludo ludémus?** 14

**Imágines et verba** In villa rústica 16


## Bonus nuntius

# Servatórium* marínum in toto orbe máximum

Ecce bonus nuntius, qui ad natúram pértinet! In terra Kiribati, quae res pública sita est in parte septentrionáli océani Pacífici, modo constitútum est totíus orbis máximum servatórium marínum.

Kiribati constat ex 33 parvis ínsulis. Ibi sunt multa génera corallórum*, piscium, avium, testúdinum. Verus paradísus!



**Butaritari, una ex his parvis ínsulis, nota est propter:**

- **A** ☐ **cocoem***
- **B** ☐ **artocárpum***
- **C** ☐ **cérasum**

*Solútio est página 15.*

## * glossárium

**servatórium:** territórium in quo species animálium protegúntur.
**corállum:** marínum prodúctum calcárium.
**cocos:** arbor in qua crescit nux cocóina.
**artocárpus:** genus árboris trópicae, ex família Moraceárum.



**Grammática**

**In hoc fascículo discis:**

- vocábula et locutiónes, quae pértinent ad res informáticas.
- usum infinitívi.
- témpora praetérita.
- propositiónem elatívam.



Libéllus Európae commúnis A2-B1

Cinematéum

# Acrifólia ad amphitheátrum Flavium



**Pellícula cui títulus est *Jumper* confécta est in ipsa Urbe. Ergo Acrifólia* amphitheátrum Flavium adiérunt; haec est res nova. Nam nunc primum scaenae re vera factae sunt in ipso amphitheátro. Comple senténtias rectis vocábulis.**

SCAENAE - SCIÉNTIAE FICTAE - PRIMA - SALÍRE

*Jumper* est pellícula ____________________; actóres sunt Hayden Christensen, Jamie Bell et Rachel Bilson. Est história hóminum qui miram poténtiam habent: valent enim ____________________ ex uno loco in álterum longínquum. Unus ex his locis est amphitheátrum Flavium.

Jamie Bell dixit haec: "Cum audívi pellículam re vera factum iri in amphitheátro Flavio, vix crédere potui! Est res phantástica! Ex 50 annis, nostra pellícula est ____________________ quae hanc licéntiam accípiat. Ante nos, bis tantum factae sunt ____________________ in amphitheátro, pro pellículis Itálicis." Recte dixit: res est extraordinária. Ne pellícula *Gladiátor* quidem* hanc licéntiam accéperat.

*Solútio est página 15.*




* glossárium

**Acrifólia, -órum:** Hollywood.
**ne... quidem:** etiam non.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Família Clacson

## Captívus telae




Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Miráculum Google uocátum!




**Google est prográmma inquisitiónis máxime adhíbitum in orbe terrárum. Anno 1998 conféctum est a duóbus amícis rei informáticae studiósis.**

**Conditóres**
Nonnúmquam áccidit ut magnum studium, sicut studium ordinátri, fiat... magnum negótium. Hoc cóntigit* duóbus alúmnis*, Larry Page et Sergey Brin, qui rem ingeniósam invenérunt. Utérque mathemáticae studiósus erat atque multas horas sedébat ante ordinátrum. Confícere volébant catálogum omnium rerum, quae in interréti* proponúntur, ita ut ómnibus patérent*. Sic anno 1998, in áliquo stábulo, natum est prográmma Google.

**Unde nomen "Google"?**
"Google" est ludus verbórum. Nam Milton Sirotta, nepos mathemátici Edward Kasner, nómine "Googol" designáverat número 1 centum zeris* comitátum. Ítaque hoc vocábulum desígnat ingéntem númerum.



- vocábula et locutiónes, quae pértinent ad res informáticas.
- témpora praetérita.

*** glossárium**

**contíngere:** felíciter accídere.
**alúmnus:** studens in universitáte.
**interréte:** mundánum rete communicatiónis ordinatrális.
**patére:** esse apértum.
**zerum:** número nullus (0).
**praecónium:** imágines aut verba ad vendéndum apta.
**inscríptio electrónica:** arca virtuális in qua epístulas nostras accípimus.
**conéxus:** coniúnctio.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

**Gloria**
Anno 2000 illi duo amíci íterum habent bonum propósitum: creant enim *AdWords*, prográmma quo iuxta vocábula quaesíta appárent nonnúlla praecónia*. Anno 2004 Google est in Bursa atque áccipit praemium *Marconi Fellowship Award* vocátum, quod est unum e máximis praemiis in his rebus.

**Google hodie**
Google cóntinet amplius sex miliárda paginárum interretiálium; cottídie amplius 200 milióness inquisitiónum fiunt, in amplius 80 linguis. Hodie etiam légere et imprímere póssumus véteres libros, qui in bibliothécis servántur. Et haec omnia ómnibus patent!

**Google et eius fratres**
Google multa offert, plerúmque gratuíto. Inter alia: per *Alert* ad quámlibet inscriptiónem* electrónicam mittúntur omnes nuntii in quibus est verbum quoddam eléctum; *Maps and Earth* pertinet ad loca, mappas geográphicas et satéllitum imágines; *Calendar* dies memória tenéndos propónit.








## Sedes

Sedes prográmmatis Google (plus minúsve 93.000 metra quadráta!) est in Califórnia, in urbe Mountain View; vocátur Googleplex. Est in América septentrionáli máxima area ubi conéxus* cum interréti est gratuítus.






## Verum an falsum?

| | v | f |
|---|---|---|
| 1 *Google Story* est história huius prográmmatis, cuius auctóres sunt David Vise et Mark Malseed. | ☐ | ☐ |
| 2 Vocábulum "Google" coniúngitur cum vocábulo *goggles*, quod signíficat "binóculum": Telam propius inspícere. | ☐ | ☐ |
| 3 Google est nomen alicúius planétae. | ☐ | ☐ |
| 4 Vocábulum "Google" óritur e fórmula mágica cuiúsdam gentis Africánae, quae sic felícem venatiónem ominabátur. | ☐ | ☐ |

*Solútio est página 15.*

## Novum vocábulum

Google etiam factum est verbum temporále. Inest in léxico Maerriam-Webster's Collegiate Dictionary:
**to google** = in interréti quáerere.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



Iúvenis

ELI

© shutterstock



Macrocóllum

# Colisáeus

**Illud amphitheátrum est antíquae Romae notíssimum monuméntum, signum aeternitátis et magnitúdinis urbis Romae.**

**Si de Colisáeo cogitámus, statim in mentem veniunt gladiatóres. Alia tamen in amphitheátro praebebántur spectácula: venatiónes ferárum bestiárum, pugnae nawáles, drámata mythológica. Románi talia spectácula multum amábant. Ítaque princeps, qui plebis favórem sibi conciliáre volébat, ludos instruébat.**

## Órdina Colisáei "chartam identitátis".

1 ☐ Verum nomen:
2 ☐ Dedicátio:
3 ☐ Altitúdo:
4 ☐ Capácitas:

**a** quinquagínta milia spectatórum.
**b** 48,50 metra.
**c** Amphitheátrum Flavium.
**d** 72 p.Chr.n.

*Solútio est página 15.*

**In hoc fascículo epístulam Simónis édimus, qui de difficultáte bene nota lóquitur: de matériis quas non amámus.**

# Ecce inítium anni scholáris!

Care Iúvenis,
Nomen meum est Simon. Trédecim annos natus sum. Ad te scribo quia mihi est magna difficúltas in schola: odi artes plásticas. Infelíciter delineáre* nescio, et, cum magístra pensum* impónit, íntegras horas sedeo ante páginam albam. Volo quidem, sed non possum delineáre, non valeo. Magístra tamen res magis magísque arduas petit. Quid agam?

Simon

Care Simon,
Hoc tibi sit solácio: omnes aliquándo matérias ingrátas díscere debent. Céterum artes plásticae perítiam quandam póstulant, quae ómnibus non est: facultátem delineándi. Magístra, quae pensa magis magísque ardua impónit, non vult vos cruciáre, sed ingénium vestrum incitáre. Nescis delineáre? Tum disce históriam artis, incúmbe in áliquod opus pulchrum. Magístra studium tuum certe aestimábit! Et tu hanc matériam multo magis amábis. Bonum annum!

*Iúvenis redáctio*



**Visne tu quoque ad Simónem scríbere? Habésne bonum consílium ei dandum? Tum mitte epístulam tuam ad: info@elimagazines.com**

## Clara senténtia

Quidam aliquándo Paulum Picasso incusávit*, quod píngeret sicut puer quinque annórum. Scisne quid pictor respónderit?

**"Útinam S-I-E-C-R-M!"**

_ _ _ _ _ _

*Solútio est página 15.*

## glossárium

**delineáre:** imáginem descríbere in folio.
**pensum:** exercítium scholáre.
**incusáre:** reprehéndere.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



# Jessica Alba

**Charta identitátis**
**Ubi nata:** Pomona, in Califórnia
**Quando nata:** 28 m. Aprílis a. 1981
**Signum zodíaci:** taurus
**Pater:** Mexicánus
**Mater:** orígine Francogálla et Dana

témpora praetérita
propósitio relatíva

**Jessica Alba est magna actrix; fábulas iam agébat cum esset trédecim annos nata.**

**Puerítia**
Jessica Alba, cum esset puélla, ex una urbe in aliam saepe migrávit; pater enim eius, qui aeroplániga* erat, offícii causa sedem* saepe mutábat. Trédecim annos nata, partes* iam egit in pellícula *Camp Nowhere*. Claríssima facta est in toto orbe terrárum cum persónam gessit illíus mulíeris invisíbilis, Sue Storm, in pellícula *Fantastic Four and the Silver Surfer*.

**Comóedia: ars diffícilis!**
Anno 1996 in serie *Flipper* Jessica fuit siren Maya, delphinórum amíca. Eo témpore duos menses mansit in Austrália, ubi diplóma natatiónis submarínae* obtínuit. Anno 2000 partes egit in serie *Dark Angel*. Per úndecim menses studuit ártibus Martiálibus et dídicit motobírotam gubernáre. Etiam violína cánere dídicit propter pellículam *The Eye*.

**Pulchra et tímida**
Jessica Alba non solum est magna actrix, sed etiam pulchérrima fémina. Cum de venustáte laudátur, erubéscit. Libénter narrat se in schola a pueris numquam spectátam esse, numquam invitátam esse!

*** glossárium**

**aeroplániga:** qui aeróplanum gubérnat.
**sedes:** domicílium.
**partes ágere:** ágere in fábula.
**submarínus:** qui fit sub mari.
**pilamálleus:** ludus quo malleo pulsas pilam.

**Quae pellícula etiam est ludus visíficus?**

- ☐ **1** Fantastic Four
- ☐ **2** Fantastic Four and the Silver Surfer
- ☐ **3** Sin City

*Solútio est página 15.*

**Scitu digna**

- Jessica multum amat pedifóllium; cum certámen spectat, valde excitátur.
- Jessica etiam amat pilamálleum*.
- Eius cognómen est Sky Angel.
- Duos canes habet, Sid et Nancy.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare



Loca celébria

# Capitólium

**Hoc anno loca celébria lustrábimus, quae antíquis tempóribus magna fuérunt. Loca vera, loca ficta*, at semper loca attractíva*. Et ecce imprímis...**

### Capitólium

Collis Capitólii erat magni pónderis. Ibi erat Monéta, Iovis templum et rupes Tarpéia unde damnáti deiciebántur.

### Tarpéiae fábula

Témpore Rómuli, Sabíni, duce Tito Tatio, Capitólium óbsident. Tarpéia, cuius pater práeerat arci Románae, promíttit se Sabínos in Capitólium ductúram esse, si ei dabunt "id quod in sinístris mánibus gerunt", id est ánulos et armíllas*. Sed postquam introdúcti sunt, hostes eam scutis confecérunt; nam etiam scuta habébant in manu sinístra. Sic Tarpéia poenam solvit proditiónis suae.

### Ánseres Capitolíni

Anno 390, Galli etiam Capitólium óbsident. Noctu arcem pénetrant; nemo eos audit, neque custódes, neque canes quidem. Erant autem in Capitólio ánseres, aves Iunóni sacrátae. Hi ánseres Romam clangóre* suo salvavérunt: nam Manlius somno excítus céteros ad arma vocávit. Mos inde fuit ánseres súmptibus* públicis álere. Postea in Capitólium exstrúctum est templum Iunónis Monétae.

* glossārium

**fictus:** imaginárius.
**attractívus:** qui ánimum deléctat.
**armílla:** brachii ornaméntum.
**clangor:** avis clamor.
**súmptibus:** pecúnia.

**Hodie in Capitólio est Romae administrátio municipális.**

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

# Ludi... quo plura sciāmus



**Quae erat Tarpéia?**
Hoc nomen re vera antíquius est,
quam ipsa Tarpéiae fábula. Óritur:

- ☐ **1.** e Tusco nómine, quod est nomen heróicum.
- ☐ **2.** e nómine rupis, de qua damnáti deiciebántur.
- ☐ **3.** e nómine cónsulis, qui Sabinórum ducem cepit

**Aedifícium arcánum**
Spectáte hanc imáginem. Quod est hoc aedifícium? Pertinébat ad Romanórum vitam públicam. Situm est in Capitólio. Comple vocábula in crucivérbio, et ínveni.



| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | M | | | | | A | | | | | | |
| | | | | 2 | | N | | | | | | |
| 3 | C | E | | | | | | | | | | |
| | | 4 | | | | | U | S | | | | |
| 5 | | R | M | | | | | | | | | |
| 6 | | | L | V | | | | | | | | |
| | 7 | | | | | | D | U | | | | |
| | 8 | | | | | | | E | R | | | |
| | | 9 | | | | | U | M | | | | |
| | 10 | | | | | | T | T | | | | |

**Verum an falsum?**

| | v | f |
|---|---|---|
| **1.** Romae sunt septem colles. | ☐ | ☐ |
| **2.** Capitólium est altíssimus collis Románus. | ☐ | ☐ |
| **3.** In Capitólio magistrátus munus suum inaugurábant. | ☐ | ☐ |

**Septem colles, septem nómina.**
Comple nómina collium Romanórum.

1. Av_nt_num
2. C_ _ lius
3. Es_ _ ilínus
4. Pal_ti_m
5. Qu_ri_ális
6. V_m_nális
7. Ca_ _ tolium

*Solútio est página 15.*

Contra legem est páginas huius fascículi sine licentia photomultiplicare

Quo ludo ludēmus?

# Google

**Comple senténtias vocábulis infra propósitis.**

Larry Page et Sergey Brin, duo _ _ _ _ _ _ qui mathemáticam multum amábant, _ _ _ _ 1998 prográmma Google fecérunt. Confícere volébant catálogum _ _ _ _ _ _ rerum, quae in interréti proponúntur, ita ut _ _ _ _ _ _ _ patérent. Google suum praecónium _ _ _ _ _ _ _ facit, sed multum pecúniae _ _ _ _ _ _ _ ceterórum praecónio. Omnes hómines, qui _ _ societáte Google labórant, nova propósita strenue quaerunt.

**ANNO** **NUMQUAM** **IN** **ÓMNIBUS** **OMNIUM** **ALÚMNI** **ÁCCIPIT**



**De Capitólio**

1. In Capitólium ascénditur pulchris scalis. Quis eas exstrúxit?
   - a Michelangelo
   - b Marcus Manlius
   - c Bramante

2. In Capitólio est famósa statua equéstris. Quis est vir in equo sedens?
   - a Augústus
   - b Marcus Aurélius
   - c Constantínus

Solutiónes sunt página 15.

Contra legem est paginas huius fasciculi sine licentia photomultiplicare

**SUBNOTATIÓNES ET QUAMVIS REM postuláre póteris a domo editória quae in natióne tua ménstruos linguárum commentaríolos dispértit. Inscriptiónem autem cursuálem iuxta invénies.**

# Domus Editoriae - ELI Distributores

**AUSTRALIA & NEW ZEALAND** - HEINEMANN EDUCATION
20 Thackary Road, Port Melbourne, Victoria 3207, Toll-free phone: 1-800-810-372, Tel. (03) 9245 7188,
Fax (03) 9245 7265, E-mail: customerservice@harcourteducation.com.au
**BELGIË** - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA
Postbus 860, 3800 AW Amersfoort, Nederland, Tel. (033) 463 72 61, Fax (033) 463 75 87, E-mail: mic@euronet.nl
**BULGARIA** - OKSINIA EDUCATIONAL CENTRE
jk. Mladost 1, Bl. 355, VH 4, Ap. 20, 1712 Sofia, Tel.: (02) 76 77 83, Fax (02) 962 23 16
E-mail: edu@oksinia-bg.com - Website: www.oksinia-bg.com
**CANADA** - THE RESOURCE CENTRE
P.O.Box 190, Waterloo, Ontario N2J 3Z9, Toll-free phone: 1-800-923-0330, Tel. (519) 885 0826,
Fax (519) 747 5629, E-mail: resourcecentre@sympatico.ca
**CESKÁ REPUBLIKA** - DIDAKTIS spol. s.r.o.
Kastanova 141 b, 617 00 Brno, Tel. +042 539 030 360 - 543250076, Fax +420 543250732
E-mail: didaktis@didaktis.cz - Webside: www.didaktis.cz
**CHILE** - SBS Libreria y Editora Ltda
Av.Kennedy, 8020 Vitacura , Santiago, Tel. 56-2 954 1135, Fax 56-2 954 1136,
Email: sbs@sbs.cl - Website: www.sbs.cl
**DANMARK and FAER ØER** - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8740 Brædstrup, Tel. (75) 671 119, Fax (75) 671 074
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk
**DEUTSCHLAND** - ZAMBON VERLAG und VERTRIEB
Leipziger Strasse 24, 60487 Frankfurt/Main, Tel. (069) 779223, Fax (069) 773 054, E-mail: zambon@zambon.net
**EIRE** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ, UK, Tel. +44 (01242) 245 252,
Fax +44 (01242) 224 137, E-mail: rhc@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk
**ELLÁS & CYPRUS** - GM PUBLICATIONS
Kleomidous 2, 10443 Athens, Tel. (0210) 5150201, Fax (0210) 5143383, E-mail: gmflbook@otenet.gr
**ESPAÑA** - EDITORIAL STANLEY, Calle Mendelu, 15 20280 Hondarribia, Tel.(943) 640 412 - 641 053,
Fax (943) 643 863, E-mail: editorial@stanleyformacion.com - Website: www.stanleyformacion.com
**FINLAND** - SUOMALAINEN KIRJAKAUPPA OY
P.O. Box 2, 01641 Vantaa, Tel. (9) 852 7880, Fax (9) 852 7990,
E-mail: lehdet@suomalainenkk.fi - Website: www.suomalainen.com
**FRANCE** - PIERRE BORDAS ET FILS
Diffusion: EDITIONS DU COLLEGE, 26110 Vinsobres, Tel./Fax (04) 75 27 01 11
E-mail: contact@editions-du-college.fr
**F.Y.R.O.M.** - T.P. ALBATROS
Bul. III Makedonska Brigada 23/11, 91000 Skopje, Tel./Fax (02) 2463 849 / 469 781 - E-mail: kasovskib@yahoo.com
**HONG KONG** - TRANSGLOBAL PUBLISHERS SERVICE Ltd.
27E Shield Industrial Centre, 84-92 Chai Wan Kok St., Tsuen Wan N.T., Hong Kong, Tel. (02) 413 5322,
Fax (02) 413 7049, E-mail: info@transglobalpsl.com
**ÍSLAND and GRØNLAND** - FORLAGET ÅLØKKE A/S
Postboks 43, Porskaervej 15, Nim, 8700 Horsen, Danmark, Tel. + 45 (75) 671 119, Fax + 45 (75) 671 074,
E-mail: alokke@get2net.dk - Website: www.alokke.dk
**ITALIA** - ELI srl, C.P. 6, 62019 Recanati, Tel. (071) 750701, Fax (071) 977851, E-mail: info@elionline.com
Website: www.elionline.com Direttore responsabile: Lamberto Pigini. Autorizzazione Trib. di Macerata N. 252
del 3 luglio 1985. Realizzazione: Tecnostampa, Loreto. Abbonamento annuo (6 numeri da ottobre a maggio)
e 16.90 (singolo) e 12.90 (da 2 abbonamenti in poi) da versare sul c/c n. 11023629 intestato a: European
Language Institute, 62019 Recanati. © ELI Italy 2008
**MAGYAR KÖZTÁRSASÁG** - LIBROTRADE KFT., Pf 126 - 1656 Budapest
Tel. (01) 254 0258 / 255 7777 - Fax (01) 254 0260 / 255 7777,
E-mail: periodicals@librotrade.hu - Website: www.librotrade.hu
**MALTA** - SIERRA BOOK DISTRIBUTORS
Brianza, Mediterranean Street The Village, St. Julian SGN 07, Tel. (021) 378576, Fax (021) 374822,
E-mail: sierrabooks@onvol.net
**MEXICO** - The Anglo Books, S.A. de C.V.
Antonio Caso No. 66 loc. A y B., San Rafael, Cuauhtemoc Mexico, D.F. C.P. 06470, Tel. y Fax (52-55) 55 66 55 08
y 55 46 92 87 - anglobooks@yahoo.com.mx - marcelacastro_anglo@yahoo.com.mx
**NEDERLAND** - MERLIJN EDUCATIEVE MEDIA,
Postbus 860, 3800 AW Amersfoort, Tel. (033) 463 7261, Fax (033) 463 7587, E-mail: mic@euronet.nl
NORGE - KORINOR Skoleavdelingen, Caspar Storms v 12 - Bygg A Postboks 13 Oppsal, 0619 Oslo,
Tel. (022) 657 124, Fax (022) 657 825, E-mail: skoleavdelingen@korinor.no - Website: www.korinor.no
**ÖSTERREICH** - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, CH- 3360 Herzogenbuchsee, Tel.+41 062.956.44.44, Fax + 41 062.956.44.54,
E-mail: info@ingoldag.ch - Website: www.ingoldag.ch
**POLSKA** – Ars Polona
Ars Polona JSC, Foreign Trade Enterprise, 25 Obroncow Str. 03-933 Warszawa, Poland
Tel.: +48 22 509-86-53, Fax: +48 22 509-86-50 - www.arspolona.com.pl
**POLSKA** - Agencja Subskrypcyjna GEA
Plac Orlat Lwowskich 5, Skr poczt 1238, 50-986 Wroclaw 44, Tel./Fax: (071) 359 3772
E-mail: gea@gea.pl - Website: www.gea.pl
**PORTUGAL** - EDITORA REPLICAÇAO Lda
Rua Pedro de Sintra, 26-A, 1400-277 LISBOA, Tel. 0213 021 583 - Fax: 0213 021 584
E-mail: replic@mail.telepac.pt
**ROMANIA** - PRIOR BOOKS DISTRIBUTORS SRL
Str. Raspantiilor 32, ap 2 - sector 2 - 020548 Bucuresti, Tel. (021) 210.89.08 - (021) 210.89.28,
Fax (021) 212.35.61, E-mail: office@prior.ro - Website: www.prior.ro
**REPUBLIKA HRVATSKA** - V.B.Z.d.o.o.
Goranska 12, 10010 Zagreb, Tel. (01) 6235 626, Fax (01) 6235 418
E-mail: andreja.crnicki@vbz.hr - Website: www.vbz.hr
**SCHWEIZ/SUISSE** - INGOLD, Ernst Ingold+Co. AG
Hintergasse 16, Postfach, 3360 Herzogenbuchsee, Tel. 062.956.44.44, Fax 062.956.44.54,
E-mail: info@ingoldag.ch - Website: www.ingoldag.ch
**SERBIA & MONTENEGRO** - PLANETA A.S.
Resavska 30 B, 11 000 Beograd, SCG, Tel./Fax (011) 303 50 70, 3238 392, 381 64 1752 318, E-mail: planeta@eunet.yu
**SLOVAKIA** - DIDAKTIS Ltd.
Hyrosova 4, 811 04 Bratislava, Tel. (02) 5465 2531- Fax (02) 5477 7506
E-mail: didaktis@didaktis.sk - Website: www.didaktis.sk
**SLOVENIJA** - SAMO.UK d.o.o.
Metelkov dvor 6, 1290 Grosuplje, Tel. (01) 542 1124 Fax (01) 542 1125
E-mail: samouk@siol.com - Website: www.samouk.si
**SOUTH AFRICA** - INTERNATIONAL JOURNALS CC
P.O. Box 46171, Orange Grove 2119 Johannesburg, Tel. (011) 485 5650, Fax (011) 485 4765,
E-mail: ijournals@netactive.co.za
**SVERIGE** - BETA PEDAGOG AB,
Box 58, 430 17 Skällinge, Tel. (0340) 35505, Fax (0340) 35481,
E-mail: beta-pedagog@beta-pedagog.se - Website: www.beta-pedagog.com
**TAIWAN** - CENTRAL BOOK PUBLISHING CO.
2nd Fl., No. 141, Section 1, Chung-King South Road, Taipei, Tel. (02) 2331 5726, (02) 2371 9893,
Fax (02) 2331 1316, E-mail: central2@ms24.hinet.net
**TÜRKIYE** - IBER DIS TICARET LTD STI
Bagdat Cad. No. 193/8, Ari Apt. Kat: 2, Kadiköy, Istanbul, Tel. (0216) 368 4250, Fax (0216) 368 5568,
Email: banukocas@hotmail.com / mail.iber@gmail.com - Website: www.eli-iber.com
**UK** - EUROPEAN SCHOOLBOOKS LTD
Ashville Trading Estate, The Runnings, Cheltenham GL51 9PQ, Tel. (01242) 245 252, Fax (01242) 224 137
E-mail: jar@esb.co.uk - Website: www.esb.co.uk
**UKRAINE** - U.C.I.E.
16, Lipska St. - Kiev 01021, Tel./Fax: (044) 2534144 - 2538073, E-mail: ucie_education@hotmail.com
**URUGUAY** - EQ OPCIONES EN EDUCACION
Soriano 1162, 11100 Montevideo, Tel. (02) 900 9934, Fax (02) 487 3965, E-mail: opciones@adinet.com.uy
**USA** - MEP INC.
8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076, Tel. (847) 676-1596 X 101, Fax (847) 676-1195, E-mail: info@mep-inc.net
www.mep-inc.net, TEEN (Italian editionTUTTI INSIEME, USPS 004163, Year 2008/2009, Issue 1) is published 6 x a year (October, November, December, February, March, May) for a subscription price of $ 22.50 per year by ELI, 62019 Recanati, Italy. Periodicals postage paid at Skokie, IL. Postmaster: send address changes to: Ragazzi, MEP, 8124 N Ridgeway, Skokie, IL 60076

**© ELI Italy 2008**

HAUD PERMÍSSA OMNÍNO HUIUS LIBÉLLI VETÁTUR CONDUPLICÁTIO QUÓLIBET INSTRUMÉNTO FACTA, ÉTIAM PHOTOTRANSCRIPTÍCIA RATIÓNE, QUAMVIS AD USUM SCHOLÁSTICUM PRIVATÚMVE PERTÍNEAT.
PHOTOGRAPHÉMATA: QUOD AD DUPLICATIÓNIS IURA PÉRTINET ÉDITOR PROFITÉTUR SE ESSE PROMPTUM ILLÁRUM IMÁGINUM, QUARUM FONTES REPERÍRE NON LÍCUIT, IURA REPÉNDERE.

gradus initiális | primus gradus | secúndus gradus | tértius gradus | quartus gradus | quintus gradus

## ENGLISH



## FRANÇAIS



## DEUTSCH



## ESPAÑOL



## ITALIANO



## LINGUA LATINA



## РУССКИЙ ЯЗЫК



**SOLUTIÓNES: P. 3:** Butaritari: b. **P. 4:** Comple: sciéntiae fictae, salíre, prima, scaenae. **P. 6-7: Verum an falsum?**: 1. verum, 2. verum, 3. falsum, 4. verum. **P. 8-9:** 1.c, 2.d, 3.b, 4.a. **P. 10:** Pablo Picasso: Útinam scirem. **P. 11:** Sin City. **P. 13: Quae erat Tarpéia?:** 1; **Aedifícium arcánum:** 1. monéta, 2. anser, 3. céleber, 4. ánulus, 5. armílla, 6. salváre, 7. introdúcere, 8. siníster, 9. scutum, 10. promíttere: tabulárium; **Verum an falsum?:** 1. verum, 2. falsum (solum 50 metra est altum), 3. verum; **Septem colles:** 1. Aventínum, 2. Caelius, 3. Esquilínus, 4. Palátium, 5. Quirinális, 6. Viminális, 7. Capitólium. **P. 14:** Google: alúmni, anno, omnium, ómnibus, numquam, áccipit, in; De Capitólio: 1.a, 2.b.

## Imágines et verba

# In villa rústica



apis



feles



vacca



mus



canis



anser



praedium rústicum



agrícola



poma



capra



cucúrbita



gallína



equus



maízium



cuní culus



ovis



lycopérsicum



tractrum



agri

Tassa Riscossa/Taxe Perçue
Ciao N°7 - 2008 - Poste Italiane S.P.A. - Sped. in abb. post. - D.L. 353/2003 (Conv. in L. 27/02/2004 n. 46) Art. 1, comma 1, DCB - Ancona